



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

Collectanea Doctorum In Librum Primum Decretalium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)



COLLECTANEA DOCTORVM

IN LIBRVM PRIMVM DECRETALIVM.

In Decretalium D. Papæ Greg. IX.
compilationis Proœmium.

SUMMARIVM.

- 1 Doctores referuntur super hanc Proœmij Decretalium compilationem scribentes.
- 2 Gregorius Papa IX. quando fuit ad Summum Pontificatum electus, ostenditur.
- 3 Sanctus Raymundus de Penafort varias Decretales Epistolas de Ordine, Gregorij Papæ IX. in hoc Volumen redegit.
- 4 Sanctus Raymundus relatus fuit in Sanctorum numerum à Clemente VIII. anno 1601.
- 5 Summi Pontifices quare cum ad Summi Apostolatus apicem euehantur, nomen mutant, ostenditur.
- 6 Nomen primum quis à Romanis Pontificibus ceperit mutare, ostenditur.
- 7 Papa dicitur Episcopus vniuersalis Ecclesiæ.
- 8 Papa habet pro propria Diœcesi totum Orbem.
- 9 Ordinarius Ordinarius dicitur Summus Pontifex.
- 10 Episcopali ordine nullus maior est in Ecclesia Dei.
- 11 Papa aliquando vel Urbis Romæ, vel Catholica Ecclesiæ Episcopum seipsum appellat.
- 12 Papa fratres vocat Episcopos quasi sibi æquales, Cardinales vero, & Reges, filios.
- 13 Seruus seruorum Dei dicitur Papa quantum ad humilitatem, nam quoad potestatem est dominus dominorum.
- 14 Papa de stylo ita se Seruum seruorum Dei appellat, ut si apparet Bulla sine huiusmodi inscriptione, de falso esset suspecta, tanquam contra styllum.
- 15 Imperatores etiam seipsos nominat seruos.
- 16 Quare in die Coronationis Papa stupa in summitate arundinis comburantur, ostenditur.
- 17 Imperatoribus triumphantibus olim suggereretur à tergo, respice post te, hominem memento te.
- 18 Nomine solum proprio omisso cognomine cur describantur Papa, Imperator, & Reges, ostenditur.
- 19 Seruum seruorum Dei se primus nominauit Sanctus Damasus, & non Beatus Gregorius.
- 20 Sanctus Damasus in insigni Vimaraniensi oppido natus, ostenditur.
- 21 Emmanuel Barbaça Authoris Pater laudatur.
- 22 Naturale est, ut unusquisque patriam diligat, & nihil dulcius habeat quam patriam.
- 23 Quare nemo Propheta acceptus in patria sua ostenditur ex Sancto Thoma.
- 24 Terra quevis patria est, ut in adagio.
- 25 Christus dicitur Rex Pacificus.
- 26 Eucharistia diuinissima est pacis symbolum.
- 27 Distio, quotidie, tempus quotidianum, & perpetuitatem significat.
- 28 Lex superflua remedia non inducit.
- 29 Superfluum omne est à Iure reprobatur.
- 30 Leges nihil frustra faciunt.
- 31 Leges unam syllabam superfluum, & vacuam habere non debent.
- 32 Verba legis, & dispositionum semper debent aliquid operari.
- 33 Leges ita debent intelligi ne maneant sine effectu.
- 34 Argumentum à superfluitate euitanda validissimum est in Iure.
- 35 Litibus viam aperire leges debent.
- 36 In Iure statuendo, non tam Iustitia, quam honestas expectatur.
- 37 Pars concisa, seu rescata harum Decretalium, an vim legis habeat.
- 38 Privilegio Civitatis concessio, non gaudent Castra, vel Villa.
- 39 Civitas propriè loquendo dicitur, qua muris, & suburbis continetur.
- 40 Cum de uno sit mentio ratione frequentioris usus, sit & ad alium extenso.
- 41 Lex semper exprimere solet casus frequentioris usus.
- 42 Decretales sibiipsis vel aliis Iuribus contraria rescata fuerunt.
- 43 Contrarietas nulla debet esse in Iure.
- 44 Articuli duo, quando sunt in lege contrarii tunc generali per specialem derogatur.
- 45 Lex una anterior, quando loquitur distinctè, tunc altera posterior indistinctè loquens non tollit distinctionem legis anterioris distinctè loquentis.
- 46 Lex ultima, quando tollat primam contrariam de ea non faciens mentionem ostenditur.
- 47 Simoniam an inducat modica res.
- 48 Iura ratione parua quantitatis an inducat tantummodo peccatum veniale, & quid in Iuramento, n. 49.
- 50 De modico non est curandum.
- 51 Modica non nocent.
- 52 Minima non sunt in consideratione.



UPER hoc Decretalium D. Papæ Gregorij IX. compilationis proœmium scripserunt Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarell. Bellam. Host. Ioan. Andr. Imola. Anania. Butr. Bald. Henric. Boich. Panor. Felin. Petr. Gregor. Ioan. Baptista Viuian. in rationali primi libri Iuris Pontificij pag. 1. Petr. Alagona in compendio Iuris Canonici pag. 1. remissive Catal. in annot. Ximen. Toletan. in concordant. utriusque Iuris cum legibus Castelle p. 1. & 2. & vol. 1. repet. in Iure Canonico ad primum Decretal. libr. Ioan. Calder.

A

Gregorius

Tom. I.

Gregorius.] Papa IX. Flugolinus antea vocatus, natione Hernicus, Patria Anagninus, summo loco de Comitum genere ortus, nepos fuit ex Consobriano Innocentij Papae III. à quo Diaconus Cardinalis S. Eustachij, & demum Episcopus Cardinalis Ostiensis, & Veliternus creatus est. Mortuo Romae Honorio Papa III. in eius locum omnium Cardinalium suffragis altero post eius obitum die, videlicet 13. Kalen. Aprilis anni 1227. Romanus Pontifex nunciatus, 3. Kalend. Aprilis die Paschatis apud Sanctum Petrum suae Coronationis insignia suscepit. Hic varias Constitutiones, & Decretales Epistolas Praedecessorum suorum, quae à plerisque maiori ex parte priuata auctoritate collecta fuerant per Fr. Raymundum in vnum Volumen redigendas curauit, multasque Constitutiones suas, & Decretales Epistolas adiecit. Is fuit Sanctus Raymundus de Penafort natione Cathalanus, Patria Barcinonensis, ubi obiit senex admodum anno Domini 1275. illustris vitae sanctitate, & miraculorum gloria, fuit eiusdem Papae Gregorij Capellanus, & Pœnitentiarius, ex Ordine fratrum Praedicatorum, ac ipsius Ordinis tertius Magister Generalis, Religione, & eruditione clarus à Clemente VIII. in Sanctorum numerum anno Red. 1601. relatus, ut referunt Card. Bellarm. de *Scriptoribus E. de fastis*, pag. 103. & Franc. Melin. de *ritu nupt.* lib. 1. q. 8. n. 17. de cuius vita, & sanctitate multa scripsit Surita *part. 1. Annalium Regni Aragonae*, lib. 2. c. 94. & in eius Canonizatione Michael Llor Ordinis Praedicatorum, & Steph. Quaranta in *summa Bullarj verbo Canonizatio Sancti Raymundi*.

Mutato Flugolini nomine Gregorius Papa IX. cum ad summi Apostolatus apicem est euectus coepit appellari, quia æquum est, ut Papa, qui à suis omnibus præest, proprio suo nomine, quo appellabatur dum aliis suberat, exinde non vocetur, sed aliud sibi assumat, ut sicuti est Dominus omnium, & Dei Vicarius effectus, *glos. in verbo Bonifacii*, in *proæmio Sexti*, ubi Doctores, Guillelm. Benedict. in *c. Raymundus*, in *prim. c. 43. cum sequenti*, de *testam. ita* nomen aliud sibi adscribat ad instar Principis Apostolorum Petri, qui antea Simon dicebatur, Castald. in *tract. de Imperat. q. 40*. Hinc summi Pontifices hanc nominis mutationem non sine ratione esse considerantes, primo nomine neglecto aliud assumere consueverunt, quasi quod prius in terrena priuataque vita assequuti sunt, terrenis affectus redoleat: proinde cum terrena cogitationes, & curæ sint ab ipsis calcandæ, obliuioniq. mandandæ, apud quidem cum secularibus negotiis secularis quoque appellatio reiciatur, id quod etiam in nonnullis Regularium Ordinum familiis obseruari notat Anast. Germon. in *d. tract. de Indult. Cald. in script. 1. n. 19*.

Verum quis primus à Romanis Pont. cepit nomē mutare non constat inter Historiographos, nam Platina Martinum Columnum sequutus, & nouissimè Leonardus Oduardus in *comment. ad Bullam Cœne Domini*, lib. 1. c. 4. q. 5 Bonacina de *cessuri in Bulla Cœne*, disp. 1. q. 1. *puncto 2. n. 6*. dicunt fuisse Sergium II. qui antea os porci vocabatur, nomine videlicet indigno Pontificia dignitate, & maiestate, referunt Illefc. in *historia Pontifical. part. 1. lib. 4. cap. 33. de Sergio I I. Petr. Messia in Sylva variarum lectionum lib. 1. cap. 21. Thom. Acti. de ludo scac. *horum q. 12. n. 133. Paul. Fusc. littera P. sing. 2. vers. qui in sua electione*, Menoch. de *arbitra. casu*, 18. à n. 1. Gonzal ad *reg. 8. Cancell. glos. 1. num. 44. & 41. alij apud Cened. ad Sextum collect. 13. num. 1.* Sed hæc communis Doctorum asserio certa non est, ut asserit Camill. Borrel. de *præstantia Regis Catholici cap. 1. n. 16*. constat enim secundum eundem, & Anast. *Bibliothecarium* prædictum Pontificem etiam ante Pontificatum appellatum fuisse Sergium. Vnde ab Adriano III. qui antea dicebatur Agapetus, mutationē*

nominis incepisse videtur tenere Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 5. c. 42. q. 5.* & omnes ad hoc summi Pontifices (excepto Adriano VI. & Marcello II. qui sua nomina retinuerunt, ex Azor. loco proxime citato *vers. Ioannes*) vsque ad præsens Pontificatus S. D. N. VRBANI VIII. tempus ex ratione supra expensa proprii nominis mutationem fecerunt, cum enim antea Summus hic Ecclesiæ Princeps Massens Cardinalis Barberinus diceretur, die 6. mensis Augusti præteriti anni 1623 ad summi Pontificatus apicem euectus, mutato proprio nomine voluit vocari Urbanus VIII. quem tantum Republicæ Christianæ Imperatorem, bonis perfugium, & sapientibus spem, Deus Opt. Max. Ecclesiæ bono, Vrbi, & Orbi diutissime seruet incolam, bonisque omnibus cumulatam in dies, & annos feliciorē præstet.

Episcopus.] Papa dicitur Episcopus Vniuersalis Ecclesiæ, Flamin. de *resignat. lib. 11. q. 13. n. 32. Zerol. in praxi. Episcop. part. 1. verbo*, *pragmatica*, §. 1. pag. 268. Card. Cesar. Baron. *annalium Ecclesiæ tom. 8. anno Christi 591. pag. 64 & 68. Bonacin. d. punct. 2. num. 2.* habetque pro propria Diocesi totum Orbem. Gonzal. ad *reg. 8. Cancell. §. 1. proem. num. 8.* & est Ordinarius Ordinarius rum, *cap. cuncta per mundum q. quest. 1. Gonzal. §. 2. proem. num. 44. Camill. Borrel. in Summa omnium de cision. tit. 4. num. 10.* & cum nullus Ordine Episcopali maior sit in Ecclesia Dei, ut asserit *glos. verbo Episcopus*, *proem. lib. Sexti*, *glos. verbo de Episcopis*, in *cap. quia periculosum*, de *sentent. excommun. eodem lib. 6. Callan. in Catalogo gloria mundi p. 4. consider. 15. Anast. Germon. de indultis Cardinalium*, *verb. Episcop.* ideo aliquando vel Vrbi Roma, vel Catholice Ecclesiæ Episcopum seipsum appellat, *cap. statim in 4. in super script. dist. 4. cap. si Episcopus 1. q. 9. cap. transmarinos*, *cap. Apostolicos*, *dist. 98. Gambartupa de casibus reueratis*, c. 1. num. 7. & 8. quem Ego ipse refero in *meo tractatu de officio*, & *potest. Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 2. num. 11.* Fratresque vocat Episcopos, quasi sibi æquales, Cardinales vero, & Reges filios, *text. in cap. quam graui 6. de crimine falsi*, tradunt Felin. hic num. 1. Dec. in *cap. cum venerabilis*, n. 2. de *except. Cosm. in pragmat. tit. de not. Cardinalium glos. Cardinales*, Ego ipse d. num. 11. Illustriss. D. meus Roder. à Cunha in *comment. ad cap. fratrem 6. n. 1. dist. 86.* Nomina autem, quæ Romano Pontifici tribui solent, sunt quindecim, videlicet, Papa, Pater Patrum, Christianorum Pontifex, Summus Sacerdos, Princeps Sacerdotum, Vicarius Christi, Caput corporis Ecclesiæ, Fundamentum ædificij Ecclesiæ, Pastor ouilis Domini, Pater & dominus omnium fidelium, Rector domus Dei, Custos vineæ Dei, Sponsus Ecclesiæ, Præsul Apostolica sedis, Episcopus vniuersalis, referunt Card. Bellarm. *tom. 1. lib. 2. de Romano Pont. c. 31. Illustriss. D. meus Roder. à Cunha in comment. ad c. statim in 1. n. 2. dist. 4.*

Seruus seruorum Dei.] Quantum ad humilitatem, 13 nam quoad potestatem est Dominus dominorum, quia quanto maior, & excelssior est Papa, tanto humilior omnibus creaturis ostenditur, *relatum in fine*, de *sent. excomm. glos. verbo*, *Seruus*, in *proem. libri Sexti*, & in *cap. quoties*, *verbo*, & per te, 1. q. 7. Anast. Germon. de *indult. Cardin. §. Seruus Seruorum Dei*, n. 1. cum segg. Flamin. de *resignat. benef. lib. 8. q. 17. num. 101.* ubi etiam aduertit, 14 quod Papa de stylo ita se Seruum Seruorum Dei appellat, ut si appareret Bulla sine huiusmodi inscriptione de falso esset suspecta tanquam contra stylum, refert Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus, in *comment. ad c. 1. n. 1. dist. 61.* Similiter, & Imperatores se ipsos nominant Seruos, l. 1. *C. de officio Præfetti prætorio Africa*, ubi Imperator dicit se vltimum Seruū Christi, in *col. 2. vers. quo ergo sermone.* Illa inter alias non mihi displicet ratio,

ratio, quod quanto maior, & excellor est Papa, tantò humilior omnibus creaturis ostenditur, vt supra dicebamus: ex quo illud processit, vt electus Romanus Pontifex in sede forata collocetur, vt qui in sede gloriosa sedet, de humilitatis virtute non obliuiscatur, prout optimè contra Platinam & alios, aduertunt Petr. Gregor. *syntagmaturum Iuris* p. 2. lib. 15. c. 3. n. 22. cum segg. Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erectione* c. 18. n. 12. cum segg. Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus in comm. ad c. 3. n. 1. in fine dist. 61. Ex quo etiam, & illud processit secundum Ludou. Gomez in repet. c. 1. n. 45. in fine, de *Constit. lib. 6. vt in die sue Coronationis* quo conditionis humanæ memor sit, ante illum stupre in fummitate arundinis comburantur, & stentoria voce inlatur. SIC TRANSIT GLORIA MUNDI, PATER SANCTE, refert Nauar. in *repet. c. inter verba* v. q. 1. concl. 5. n. 77. Ita olim triumphaphantibus Imperatoribus suggereretur à tergo. RESPICE POST TE. HOMINEM MEMENTO TE. refert Tertul. in *apologia*. Potest etiam dici, si in re adeò graniloqui mihi fas est, vñ receptum fuisse, vt Pontifices Maximi, Imperatores Summi, & Reges Potentissimi nomine proprio solummodo describantur, omisso cognomine, veluti VRBANVS VIII. FERDINANDVS II. PHILIPPVS IV. quod proprium seruatorum est, quia cum prædicti domini gloriantur se esse seruos, nomine proprio solummodo sunt contenti, ac si verè & realiter seruissent, cum in Iure nostro sanctum fuerit seruos nomine proprio tantummodo esse nominandos, & non cognomine, in tantum, vt si dominus contendens cum seruo suo in iudicio nomine appellatiuo eum nominauerit ex eo videatur illi libertatem concedere, l. cum præcum 9. C. de liber. causa & in hoc tam Pontifices Summi, quam Imperatores piissimi, & Reges Christianissimi verè, & realiter D. N. Iesum Christum imitantur, qui cum esset coequalis Patri omnipotenti, & omnia verbo, id est per se ipsum fecerit, Ioan. 1. nihilominus pro nostra, omniumque Redemptione formã serui accepit, Apost. ad *Philip. 2.* Vnde personæ Dei minister proprius mancipatæ humilioribus cõsentire debent, & imitari quod Discipulos docuit Dominus noster IESVS CHRISTVS, qui maior est vestrum fiat sicut minister vester, Matth. c. 22. Marc. c. 10. & ideo Iustinianus seruum se dicit vltimũ Dei, in l. 1. C. de officio *Pres. præf. dixit* & Antigonus Rex filio suo, quem immodestiorẽ præter modum videbat, An non nesci fili regnum nostrum nobiliter esse seruatum refert Illustriss. D. meus vbi supra n. 2.

19 Primum Pontificem, qui se Seruum Seruatorum Dei nominauit, fuisse B. Gregorium referunt additio ad *glos. verbo, seruus*, in præmio *Sexti*, Aluar. Pelag. *Constitutionis noster de planctu Ecclesie* lib. 2. c. 13. vers. iste Greg. Andr. Gamar. in *Extravaug. Iulij II. de Simoniaca Papa electione* in verbo, Iulius, n. 10. Dionys. Paul. *d. tr. de vera quatuor Patriarchalium Sedium erectione*, c. 17. n. 72. Vntumamen primus omnium fuit Damasus Papa, vt constat ex epistola eiusdem ad Stephanum Archiepiscopum, quæ inuenitur inter opera Clem. Papæ, & tom. 1. *Concil. in actis B. Damasii Papæ*, fol. 129 vers. cuius vestigia postea secutus fuit D. Greg. Magn. in omnibus suis epistolis, Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. c. 43. vers. Gregor. Magnus*, constat enim Damasum eundem Gregorium præcessisse 190. annos, cum D. Damasus floruerit anno Domini 379. & fuerit 39. Pontifex Maximus à D. Petro, vt colligitur ex Platina in *vita eiusdem Damasii*, & Gondiffal. de *Illesecas in Historia Pontific. lib. 1. c. 6.* Sanctus autem Gregorius Ecclesie Catholica gubernationem suscepit anno 591. & fuit 66. Pontifex Summus à D. Petro, vt constat ex eodem Platina in *eius vita*, & ex *Illesecas lib. 4. c. 1.* Et quia in

initio huius operis opportunissima sese offert Sæc. III. Damasi memoria, quem semper in actionibus meis singularem patronum sum expertus, in præsentem non defuturum confido, speroque vt prospero cursu ad optatũ finem perducatur, nec imperfecto itinere destituat, quem semper placido lumine conspexit, quod ergo licet laboriosum, & viribus meis impar tali duce concieque meo non aggrediar? Certum enim, & indubitatum est illum in insigni Vimaransenſi oppido patria mea natum fuisse, vt fatentur antiqui scriptores, & vterque Codices, quamvis absque probabili aliquo fundamento Matritij natum patriæ amore capiti asserant Lucius Marinæus Siculus lib. 2. *verum notabilium Hispania*, fol. 13. Sebast. Orozco en el theſoro della lengua Castellana, verbo Guimaranes, Gregor. Lopez Madera in *lib. discursum Montis Sancti Granatenſis*, c. 36. fol. 147. quos eleganter reprobant Fr. Bernard. de Brito in *Monarchia Lusitana* p. 2. lib. 5. c. 27. debebant enim agnoscere antiquiores Castellanos patriæ etiam amatores S. Damasi. Lusitan. & Vimaransenſi oppido nati scriptisse, prout sunt Illesecas in *chronica Pontificali*, in *vita huius Sancti*, Garibay in *compendio historiali* lib. 7. c. 52. Valæus in *sua chronica Hispania*, Pineda in *Monarchia Ecclesiastica* p. 2. lib. 23. c. 2. Galpar Barrerius in *sua chorographia*, c. de *Madrid*, c. 54. Don. Maurus Ferrer. in *hist. D. Iacobi*, lib. 2. c. 23. refert & sequitur Illustriss. D. meus Roder. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus in *comment. ad c. huius foli 3. n. 1. pag. 110.*

Lusitanis igitur nostris hanc gloriam & honorem detrachere, & finem tantorum Virorũ labefactare quis poterat? contraria etiam opinionis Auctores summo cum iudicio reprobant doctissimus Patens meus, quem non minus naturæ, quàm doctrinæ meæ reuerentor auctorem in *commentariis ad Ordinationes Regis Lusitanorum* lib. 5. tit. 49. §. 1. n. 1. qui à primæua adolescentia Græcis, Latinisque literis peritissimè imbutus, vir sanè probus, simul & integer, multiingue virtute præcellens, antiquitatum, & historiarum cognitionis, ac vtriusque Iuris adeò doctus euasit, vt Regij aduocari à Serenissimis Portugaliæ Regibus Sebastiano I. & Philippo II. honore fuerit insignitus, quæ antea eius ammiculus fuerat assecutus, priusquam in eodem Portugaliæ Regno Protomedicus, intimusque Cubicularius Regis Henrici existeret.

Hæc per transennam de patria dixisse sufficiat, illi enim plurimum debemus, Menoch. *conf. 161. num. 49.* Azucud *lib. 30. n. 4. cum segg. tit. 6. lib. 3. noue recop. Cened. ad Decretum collecti. 20. n. 4.* & naturale est vt vnusquisque natale diligat, & nihil dulcius habeat quàm patriam, lib. qui habeat, & ibi *glos. ff. de leg. 3. Petr. Anch. conf. 75. Viso diligenter*, in *princ. maxime* n. 4. Card. Tusch. tom. 6. lit. P. *concl. 123. n. 1.* Cassian. in *catalogo gloria mundi* p. 12. *considerat. 17.* Auil. ad c. 1. *Prætor. verbo terra*, n. 13. nouissimè me citato in hoc loco D. Mari. Cuiet. *de donat. inter patrem & fil. tractat. prime discurs. 2. part. 11. n. 72.* Vnde quilibet prætendit patriam suam esse præstantiorem aliis, dulcem, & amoenam propter naturalem amorem, Barbat. inter *conf. Alexand. conf. fin. n. 6. lib. 4. Card. Tusch. d. concl. 123. n. 7.* & ideo exulare à patria durissimum est, & ab omni humanitate alienum, Anchar. *d. conf. 75. n. 2.* Diuino tamen Iure stabilitum est, neminem Prophetam acceptum esse in patria sua, Luca 4. cur ergo patria filio naturaliter te amanti duriorẽ animum (ne dicam ingraturum) ostendis, & fatis contraria fata repensas? sepe sapius huius contrarietatis rationem inuestigauit, quam solum inueni apud S. Thom. in *Mutib. cap. 13.* relatum à Iacobo Simanch. *de Republica*, lib. 8. capite 6. num. 8. qui in hæc formalia verba sequenti interrogatiõe hanc mihi sustulit dubitationem. Cur homo

in patria sua minus honoratur: vna ratio est, quia quādo est in patria sua, multi, qui cognoscunt infirmitatem eius, semper illa reducant in memoriam, & hæc est malitia hominum, ut magis cogitent defectus aliorum, quam virtutes, & perfectiones eorum. Altera ratio potest assignari, quia (ut ait Philosophus) populus multū paralogizatur, & credit quod in aliquo pares, in omnibus pares sint: unde quando aliquis est in patria sua, cum videant alios ei pares in genere, vel aliis credunt quod non possit esse maior, aut melior illis. Hæc D. Thom. citato loco, propter quæ bene cecinit Poëta notitium Tullulanarum.

Quisque solum natale cupit, sed nemo propheta.

Cibus acceptus cernitur in patria.

Fortibus ergo viris, aut omnis patria tellus,

Patria, vel tandem solus Olympus erit.

- 24 Est enim in adagio apud Manut. quævis terra patria; & licet aliquando ob culpā dimitatur, puta cum infames loca suæ nationis fugere consueverunt, *glos. verbo, nationis, in c. cum deputari, infra de iudiciis*; aliquoties vero sine culpa, immo laudabiliter propria potest patria relinqui, & ad aliam proficisci, exemplo Abraham, cui Dominus dixit: *Egredere de terra tua*, Genes. c. 12. & dilectæ filia, cui etiam dixit: *Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui*, Psalm. 44. & multis aliis iustis de causis: maxime quando patria honesto viro pro exilio sit habenda, dum ibi non possit commodè vivere: unde pro omnibus non bene dictū fuit illud alterum adagium. *Domi manere oportet bellè fortunatum.*
- 25 *Rex pacificus.* Christus dicitur Rex pacificus, quia ut pacem doceret in hunc mundum venit, & pia miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos, & modestos, ut per Rebuff. in *tr. de pacificis possessor. in princ. n. 1. vers. . i.* ipsique prima vox post resurrectionē ad Discipulos fuit, *Pax vobis*, *glos. verbo, Dominus vobiscum, in c. hoc quoque, de consecrat. dist. 1.* Durand. in *rationali diuinarum lib. 4. c. 1. n. 7.* Ego ipse *d. tract. de offic. & potest. Episcopi p. 2. alleg. 7. n. 3. in fine.* Unde pacis symbolum est diuinissima Eucharistia, ut inquit S. Bernard. *de Prat. & d. ff. c. 16.* his verbis. Nunquam mihi contingat turbatum ad pacis accedere Sacrificium, cum ita & disceptatione contingere Sacramentum, in quo Deus indubitanter est mundum reconcilians sibi. Certè non recipietur munus quodcumque meum, quod defero ad altare, nisi ante placato fratre, quem me forte læsisse meminero; quanto minus si me ipsum non placauero prius, refert P. Gisbert. Scheuichau. *de Ecclesiasticorum vita, cap. 112.*
- 27 *Quotidie.* Respicit tempus quotidianum, argum. 1. *diarius, ff. de alimentis, & cibariis legatis, & hinc semel, §. si in habitatione, vbi notatur, ff. quando dies legatorum cedat, & perpetuitatem significat, Felin. hic, Octavian.* Vulpellius *de præp. & adverb. significatione, sub dictione, quotiescumque, vers. quotidie, pag. 101.* Ego ipse *de dictionibus, & clausul. dist. 190.* alias in *tract. de dictionibus vsu freq. 1. 8. n. .*
- 28 *Refecatis superfluis.* Lex superflua remedia non inducit, hæc *stip. §. diuus, ff. ut legatorum nomine caueatur, l. quibus idem, ff. de verbor. oblig.* Omne superfluum est à iure reprobatur, Gonz. *ad reg. 8. Cancell. glos. 1. n. 72.* & *glos. 2. n. 2.* Leges nihil frustra faciunt, Cæsar Argel. *de contradicte legitimo, q. 2. n. 200. & q. 13 n. 48. & q. 18. n. 18.* Nec debent habere vnam syllabam superfluum, & vacuam, Gonz. *d. glos. 11. n. 5.* Nam verba legis, & dispositionum semper debent aliquid operari, l. 3. in *princ. ff. de iurcircauo, l. si quando 109. ff. de legat. 1. c. si 1. ap. in fine, de privilegiis lib. 6. c. si à iudice, de appell. eod. lib. Tiraq. de iure mariti p. 3. limit. 30. n. 36. & de retractu conuentionali, §. 1. glos. 1. n. 24. & n. 45. Guttier. pract. lib. 1. q. 15. n. 39. Bertaz. de clausulis instrument. claus. 21. glos. 14. n. 10. & in rep. leg. si quis maior, C. de transact.*

*n. 241. cum seq. Auiles ad cap. 1. Prator. verb. ni lleuran. num. 14. pag. mibi 57. Surd. decis. 64. num. 10. & conf. 127. n. 9. & conf. 208. n. 15. & conf. 270. n. 10. Burgos de Pace, conf. 15. n. 21. Cald. Pereira de renouatione emphyteusis, quest. 11. n. 14. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proximali, nam. 12. Stephanus Gratianus Marchia dec. 47. n. 17. & decis. 109. num. 19. Benedic. Egid. in rep. lex hoc in re, ff. de iustitia & iure, part. 1. c. 8. num. 1. Et ita debent intelligi, ne maneant sine effectu, l. si stipulatus fuero, ff. de verbor. oblig. M. noch. conf. 122. num. 48. & conf. 343. num. 8. Surd. de alimentis, tit. 9. quest. 28. num. 6. c. cum seqq. Unde argumentum à superfluitate euitanda validissimum est in iure, ut per Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 6. n. 16. metipsum de locis communibus argum. iuris loco.**

Nova litigia. Litibus viam aperire leges abhorrent, 35 ut probat *tex. in c. si in litibus, de dolo, & contumacia, vbi latè dicemus Deo dante.*

Itaque lex proditur. Notatur ad hoc quod in iure 36 statuendo non tam iustitia, quā honestas expectatur, ut per Antonium Olibanum in *tr. de iure fisci, in comment. ad vaticum, c. 3. n. .*

Hic tandem compilatione, & c. Aduerte partem concisam seu refectam harum Decretalium habere vim legis, & ut talem allegari posse, quando tanquam iuri contraria refecata non esset, ut per Zabarel hic in fine, & Abb. n. 7. pertinet namque sapè ad plenum Potestiarum dispositionum intellectum, ut obferuat *glos. verbor. & infra in c. literas tuas, infr. de restit. spoliat. glos. in positione casus, c. cum super, de officio deleg. Penia in direct. Inquisit. p. 2. tom. 2. in princ. & vers. ex integra; Dionys. Paul. de vera quatuor Patriarchalium Sedum erectione, n. 8.*

In *glos. [Bononia] ibi (ita non in castris).* Notatur ad 38 hoc, quod privilegium Ciuitati concessio non gaudet castra vel villæ, ut per Felin. in *cap. Rodulph. n. 10. de rescript. Chirc. tom. 1. com. opinio. lib. 2. tit. 25. num. 14. pag. 34.* Ciuitas enim proprie loquendo dicitur, quæ 39 muris, & suburbis continetur, Gironda de privilegiorum explicatione n. 55. Ego ipse in *tract. de appellatiua verborum viri, inque iuris signis, appellat. 49. n. 1.*

In ead. *glos. ibi (precipue in vtroque iure).* Notatur ad 40 hoc, quod cum de vno fit mentio ratione frequentioris vsus, fit ad alium extensio, ut per Tiraquell. *de retractu, tit. 1. §. 10. glos. vnic. num. 6.* lex semper exprimere solet casus frequentioris vsus, *glos. in l. unica, C. de raptu virginum. Ferret. in consuet. Cathalanis, glos. 2. n. 36.*

In *glos. [Contrarietatem].* Decretales sibi ipsis, vel 42 aliis iuribus contrarias refecatas fuisse probat *text. hic, vbi refert Moneta de distrib. quotid. p. 2. q. 11. n. 31. ver. quamquam.* In iure enim nulla contrarietas debet 43 esse, tanta, & contrarium, C. de veteri iure enucleando, cum aliis citatis à Zazio & Bellono vtroque lib. 1. *dissolutionum antenom. in princip. d. Illustriss. D. m. us Rodericus à Cunha* post primam huius libri impressionem à me visus in *com. ad princ. Decreti n. 1. cum seqq. pag. 8.* latè Morla in *emporio iuris, p. 1. tit. 1. §. 1. Castillo quotid. lib. . de usufruct. c. 18. n. 14. in medio.* Et ideo quando 44 duo articuli in lege sunt, qui sunt contrarii, tunc generali per special. m. derogatur, c. generi, de regul. iuris in 4. Rebuff. id. *leges Gallie, tom. 1. in proem. n. 128.* Perez ad *leges Ordinamentis, in proem. q. 5. & si neutra sit specialior, & ambæ contineant contrarietatem in præcisam, neutra tenet: sed si contrarietas remoueri potest distinguendo per distinctionem erunt casus terminandi, Dec. n. l. vbi repugnantis, n. 4. ff. de regul. iuris, & cap. cum expediat, de elect. lib. 6.*

Quando vero vna lex anterior loquitur distinctè, 45 altera posterior indistinctè loquens, tunc hæc vltima non tollit distinctionem legis anterioris distinctè loquentis l. sed,

l. sed & posteriores, ff. de legibus, Castro in l. sciendum, n. 5. ff. quis satisfacere cogatur, Alexand. in aut. ex testamento, n. 1. C. de collationibus, Aymon de antiquitate temp. §. absolutus, n. 44 fol. 174. Rebuff. in dist. procem. n. 129. Perez d. g.

46 Lex vltima tollit primam contrariam, licet de ipsa contraria non faciat mentionem, c. 1. de constit. in 6. l. pacta nouissima, C. de pactis, Rebuff. dist. procem. n. 130. Henriquez consil. 27. n. 5. nisi distinctione concordari possint, vt asserit Rebuff. d. n. 130. Quando vero in antiqua est clausula derogatoria ad sequentem, vel quando antiqua est facta in priuilegium alicuius, ex vltima non tollit antiquam contrariam, Castr. in l. fin. n. 4. C. si contra ius. Si duae tamen leges sint contrariae, & non constet de prioritate, illa est seruanda, quae est magis aequa, & iusta, Isdon. in l. i. n. 10. ff. ne quis eum qui, Rebuff. d. procem. n. 108. De decem modis ad dissoluendas difficultates, quae inter aliquas leges & Canones poterunt obuenire, vide late Morl. in emporio iuris tit. de legibus q. 12. ex n. 10. vlt. q. ad n. 34. & quod Canones inter se pugnantibus possint ad concordiam reduci quatuor modis, nempe ratione causae, personae, loci, vel temporum, quia leges hac varietate mutantur, tradit Couar. in c. alma mater, p. 2. in initio n. 1. quem refert Illustiss. D. meus Rodericus à Cunha in com. ad c. 1. n. 1. dist. 18.

47 In gloss. [in iudiciis] ibi (nam modica res, &c.) An modica res inducat simoniam? vide Tiraq. de iudicio in rebus exiguis, vers. 30. fol. 32. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 1. n. 166. Soar. de Relig. tom. 1. lib. 4. de 48 simonia, cap. 3. n. 5. cum seq. Aloyf. Ricc. in decisionibus Curiae Archiep. Neap. decis. 208. n. 6. cum seq. vbi resoluit modicam rem non efficere simoniam, vide in collect. ad c. etsi q. 18. num. 3. in fin. de simon. Vnde in vsura ratione paruae quantitatis peccatum dari posse tantummodo veniale resoluunt D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 6. 49 ad 2. Couar. lib. 1. var. c. 3. n. 12. Et in iuramento idem tenent S. Antonin. p. 2. tit. 10. cap. 4. §. 1. in §. col. Syluest. verb. iuram. 4. q. 1. ad fin. Sor. de iust. lib. 8. quest. 1. art. 7. in 7. col. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 1. cap. 5. quest. 3. Fr. Emman. g. Regular. tom. 3. q. 10. art. 2. Sayr. in clau. Regia lib. 5. c. 46. num. 28. quicquid contrarium teneat Caietan. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 1. d. b. cui subscripsit Nauar. in 50 man. c. 12. n. 10. De modico enim non est curandum, l. si oleum §. fin. cum l. sequenti, ff. de oleo legato, in rebus, §. possunt, §. commodari, l. vers. de contrahenda emptione, leg. §. ff. de in integr. restit. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici, decis. 39. n. 3. in 1. editione, resolut. 36. in 2. editione late ego ipse in tract. Axiomatum iuris vsus sequent. Axiom. 151. ex n. 7. vbi plures casus narrantur in quibus modica attenduntur. Et modica non nocent, gloss. 51 in c. si proponente 41. de rescriptis, Tiraq. in l. si vngam, verb. donatione laicitur, n. 107. C. de reuocandis donationibus, & in tract. de iudicio in rebus exiguis, vers. 19. Azor. 52 instit. moral. p. 1. lib. 6. cap. 10. vers. 3. quaeritur. Et minima non sunt in consideratione, Brun. à Sole in locis communibus, verbo, minima; Ego ipse d. tract. Axiomatum iuris vsus seq. Axiom. 150. n. 1.

SYMMARIVM.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubricam eius materiae scribentes.
- 2 Declaratur auctoritas Apostoli ad Roman. 14. Omne quod non est ex fide peccatum est.
- 3 Diffinitionis utilitas ostenditur.
- 4 Argumentum à diffinitione validum est.
- 5 Symbolum vnde dicitur.
- 6 De Symbolo Fidei, qui doctores tractant, referuntur.

Tom. I.

De Summa Trinitate, & Fide Catholica.

TIT. I.

SUPER hanc rubricam scripserunt Card. Zabarell. Ioan. Andr. Imol. Innocent. Panor. mit. Felin. Butr. Petrus Greg. Petrus Alphonsus de Valcellus in harmonia rubricarum iuris Canonici, Petrus de Rauenna in compendio iuris Canonici, Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, Martinus Maffartius in epitome Decretalium, Guillelmus Durandus, Speculator. in breuiario aureo iuris Canonici, Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque libros Decretalium, Goffred. & Hostien. in summa huius tit. Daniel. Venator. in analysi methodica iuris Pontificij. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. Zapae in analytica postrem. iuris Ecclesiast. enar. nouissime Ioan. Honor. ab Alex. in summa sine compendio lib. 1. Decret. omnes sub hac rub. & vol. 1. rep. in iure Canonico ad primam Decret. libr. Franciscus Peruschus, & de titulo late egit Camil. Borell. in summa omnium decis. tit. 1. & Nauar. tom. 1. consiliorum.

In gloss. rubrica, ibi (Fides enim &c.) Vide Perez l. 1. tit. 1. lib. 1. Ordinam. pag. 16. Camil. Borell. in summa omnium decisionum tit. 1. n. 18. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 1. 7. cap. 1. Facit auctoritas Apostoli ad Romanos 14. ibi, omne quod non est ex fide peccatum est: quasi diceret non solum id esse peccatum, quod est contra conscientiam, seu fidem, quia creditur aliquid esse peccatum, sed etiam quod non procedit ex fide, id est iudicio, quo actu vel virtute putat id licere, ita Nauar. in c. si quis autem, de penitentia, dist. 7. n. 84. Daniel Venator in analysi iuris Pontificij lib. 1. tit. 1. axiomate 3. eleganter Fructuosus Bisbey Vibal. in la pratica contra maseharas y otras vanidades fol. 7. verso, Azor. instit. moral. p. 1. lib. 2. c. 8. q. 3.

In ead. gloss. ibi (quia vera diffinitio conuersibilis debet esse cum suo diffinitio.) Vide quae dixi in tract. Axiomatum iuris vsus. Axiom. 67. n. 1. & procedit quia vt ibi cumque sit definitio, possit ibi esse & definitum, & e contra vbi definitum, ibi & definitio, oportet enim, inquit Arist. lib. 6. Topic. cap. 1. hominis definitionem de homine verificari, & si aliquid formaliter alij competit, eandem cum alio eodem instanti habebit naturam cum illud naturaliter sit tale, cui competit definitio talis, Vlp. in l. 1. §. de dolo, & in l. Quintus Mutius 29. §. cum aurum, ff. de auro, & argento legato, prosequuntur Cagnol. & Decius ad l. omnis definitio 202. ff. de reg. iur. lal. in rubr. n. 22. ff. solut. matrim. Abb. in rub. de sent. excom. Tiraq. de iure primog. q. 1. n. 1. Mendoca lib. 1. disp. c. 8. n. 1. Pichard. ad rub. Inst. de oblig. n. 9. & latius in disp. de Mora, n. 4. Flamin. de resignationibus, lib. 1. q. 1. n. 1. cum seq. definitio enim ad id totum, quod differtur in primis est adhibenda, quae quasi inuolutum euoluit id de quo quaeritur, quod definitum explicat, & quid sit ostendit quam breuissime, ac cuiusque rei proprias amplectitur potestates breuiter & absolute, vt apud Cicero. lib. 1. de oratore, primo de finibus, secundo de inuentione, & in topicis, Quintilian. quoque lib. 7. c. 4. Arist. lib. 1. & 2. Topicor. Gellium lib. 4. c. 1. Petrus Velleum de Gueuara ad Topic. Cicero. §. 2. n. 3. & §. 19. num. 1.

Hinc argumentum à diffinitione validum est in l. re, l. 1. §. dolum, vbi Bart. not. ff. de dolo, l. fin. in ff. gloss. ff. de verb. signific. c. dandum 2. post princ. de elect. Et iterad. in topic. leg. loco 44. Cantuunc. loco 2. Ioan. Apell. de ratione explicand.